w

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes Stofford de Polyford tradidi dimisi et hac presenti carta mea confirmavi Johanni
Strodbrygge juniori Johanni ffolyott [illegible] Thome Benyng [illegible] Johanni Strodbrygge alias Hyde Johanni Baggewyll Johanni fflote alias
Elys Roger Elys alias [illegible] Johanni Marys Johanni Preston juniori Johanni Hardyng et Johanni Whyker omnia illa burgagia et dimidium burgagium
mea [illegible] in Polyford et omnia illa terras et tenementa cum omnibus pertinenciis suis que nuper habui ex dono et concessione Alicie
Sylton nuper cum Johanne Drake vicario de Colyton Christofero Pack Roberto [illegible] clerico et Roberto Pathepolt defunctis prout
in quadam carta per predictam Aliciam facta cuius data est decimo sexto die Maii anno regni Regis Edwardi quarti decimo octavo
plenius apparet Habendum et tenendum omnia predicta burgagia et dimidium burgagium cum omnibus pertinenciis ac omnia illa terras et tenementa cum suis pertinenciis prefatis Johanni
Strodbrygge Johanni ffolyott Johanni Thome Benyng Rede Johanni Strodbrygge alias Hyde Johanni Baggewyll Johanni fflote alias Elys Roger
Elys alias Rede Johanni Marys Johanni Preston juniori Johanni Hardyng et Johanni Whyker [illegible] imperpetuum de capitalibus dominis
feodi illius per servicia inde prius debita et de iure consueta Insuper sciatis me prefatum Johannem Stofford ordinasse et constituisse
et in loco meo posuisse dilectos michi in Christo Johannem Bolle et Willelmum [illegible] meos veros et legitimos attornatos coniunctim et divisim
ad intrandum pro me et nomine meo in omnia et singula premissa cum omnibus pertinenciis et seisinam inde capiendum Et post seisinam sic inde captam et habitam
plenam et pacificam seisinam et possessionem inde vice et nomine meo prefatis Johanni Strodbrygge Johanni ffolyott Johanni Thome Benyng Rede alias
Strodbrygge alias Hyde Johanni Baggewyll Johanni fflote alias Elys Roger Elys alias Rede Johanni Marys Johanni Preston [illegible]
Johanni Whyker deliberandum secundum vim formam et effectum huius presentis carte mee [illegible] imperpetuum [illegible] ratum et gratum habentes
et habituros totum et quicquid dicti attornati mei vel eorum unus nomine meo fecerint aut alter eorum fecerit in premissis In cuius rei testimonium huic presenti carte
mee sigillum meum apposui Hiis testibus Willelmo Walrond armigero Johanne Sylvyng alias [illegible] Roberto ffrank Johanne [illegible] et multis aliis
Datum decimo die Maii anno regni Regis Henrici Octavi sexto

©Colyton Chamber of Feoffees • 2018